



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Octavo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

SEPTIMO.

Ecclesiastica
obedientia.

¶ Secundum opus huius praecepti est, honorem habere & obedire spirituali mari sanctae Ecclesie catholice, Ecclesiastice potestati, preci- pienti, prohibenti, constituenti, ordinanti, excommunicanti, absoluendi, venios ei obtemperemus, & sicut corporales parientes honoramus, timemus, & diligimus, ita etiam spirituali superioritati in omnibus rebus quae tribus primis praeceptis dei non sunt contrariae, obsequamur. At qui in hoc opere multo deterius res agitur quam in priore. Nam Ecclesiastis, eam potestatem deceret peccata excommunicatione, anathemate, & legis bus punire, & suos spirituales filios cogere ad bonitatem, ut causam haberent haec opera faciendi, & se in obedientia exercendi, sed & honore erga ipsam. Nos vero videmus ab ea nullam dari operam, vt suos in officio continet, sed sic agere erga populares & subiectos suos, tanquam matres se querentes suos amatores, vt Osee 2. dicitur. Non predicant, non docent, non resistunt, non reprehendunt, non puniunt, & breuiter, nul- lum est reliquum regimen Ecclesiasticum in toto Christiana republica. Quid ergo possem de hoc opere dicere? Reliqui sunt adhuc aliquot pauci dies ieiuniales & festi, quos prefaterat abrogare. At hodie nemo cu- rat. Ita nihil hodie flore, nisi excommunicatione, propter pecuniam exercitata, quae ne ipsa quidem esse deberet. Sed Ecclesiastice potestati pre- fundum esset, vt adulterium, impudicitia, gula, ostentatio popularis, im- moderata rerum luxuria, & id genus alia peccata & probra severissime punirentur & coegeretur. Sed & ut collegia sacerdotum, cenobia, par- rochiae, scholae, probe instituerentur, & in iis dei cultura religiose conser- varentur, iuuenitus, masculi & puellae in scholis & monasterijs bonis & doctis viris prouiderentur, vt optime educarentur. Ut senes bonis ex- empinis pro desent, & Christiana republica egregia iuueniunt implere- tur & onorear. Sic enim sanctus Paulus docet discipulum suum Titum, ut omnes ordines sive status, iuuenes & senes, viros & feminas probe doceat & regat. Hodie vero suo quisque viuitus arbitrio. Qui se ipsum docet habet. Imo vero eo proch dolor res recidit, ut loca in quibus p- bitas sic docenda, scholae nebulonum facta sint. Ita ut ferocientis iuu- gitis curam nemo habeat.

OCTAVO,

Officium
Ecclesiastice
potestatis.

¶ Si ergo hoc ordine res agerentur, dici posset quomodo honor & obedientia fieri deberet. Sed nunc sit, sicut cum corporalibus parentibus, nimium arbitrii & voluntatis permittentibus suis liberis. Nam Ecclesiastica potestas nunc permittit, dispensat, & accepta pecunia vicissim ins- dulget plus quam possit indulgere. His omittam plura dicere. Plura enim videmus quam bene sit. Avaritia sedet in regimine. Et quod prohibe- dum erat ab Ecclesiastica potestate docet. Ad haec est quod oculos omnis-

um expositum, sacrorum sive spiritualium statum, multo prophaniorum & populariorem esse quam prophânorum sive secularium. Quare necesse est rem publicam Christianam perire, & hoc preceptum subueniri. Vbi enim talis aliquis Episcopus esset qui tanta diligentia & opera omnes ordines sive statu curare deberet, inspectare, visitare, conari, ut debet, certe vel una sola ciuitas ei fieret nimia. Nam & Apostolorum temporibus, quum Ecclesia florentissima esset, singulis ciuitatibus singuli erât episcopi, eiusmodum minima pars mundi Christiana esset. Quomodo ergo fœliciter cum rebus humanis agatur, uno Episcopo tantum, altero tantum, hoc totum, illo dimidium orbem terrarum sibi vendicante & volente? Temporis igitur huius est, deum obsecrare pro gratia. Ecclesiastice enim potestatis habemus satis, sed ecclesiastice regiminis vel nihil vel minimum. Interim poterit adiuuare qui scit, ut collegia sacerdotiorum, cenobia, parochiae, & scholae bene curentr & regantur. Nam & hoc quoque est officij Ecclesiastice potestatis, ut minus collegiorum, monasteriorum, scholarum faceret, vbi non possent prouentibus ornari. Multo enim melius est nullum monasterium vel collegium, quam malum regimen, mala administratio in illis, qua deuestantur grauius offenditur.

NONO.

¶ Quando igitur superioritas suum officium & opus adeo permittit concidere, & adeo peruersa est, necessario sequitur ut sua potestate abusatur, sibi proponeat externa mala opera, non secus atque parentes, si quid precipiant quod contra deum sit. Hic enim oportet nos sapere. Nam Apostolus predixit, ea tempora periculosa futura, in quibus huiusmodi superiores sive magistratus imperarent. Habet enim hanc speciem quæ si repugnetur eorum potestati, quando vel non sit, vel impeditur quicquid statuunt. Tum ergo sumamus in manu strâ prima precepta dei, & dexteram tabulam, certi, neminem mortalium neque Episcopum, & Papam, neque Angelos posse quipiam statuere vel precipere, his tribus preceptis & eorum operibus contrarium, diversum, repugnans & non auxiliare. Quod si contra moluntur, nihil neque valer, neque obligat. Nos quoque peccamus eiusmodi praecptis & constitutionibus obtremperantes, vel ea patientes & conniuentes. Ex quo facile est intelligere, quæ non comprehendantur egroti preceptis feiunis, sed ne gravide quidem mulieres, & qui alioquin circa facturâ feiunare non possunt. Atque ut altius feramur, nra etate ex Roma nihil aliud perficit, nisi emporium & nudinatio rerum Ecclesiasticarum, quæ publicæ & ipudeter emuntur & venduntur, remissiones suis indulgentie, parochie, cenobia, dioceses, propositure, sacerdotia sive beneficiaria Ecclesiastica, & quæcumque vng passim conditum sive fundatum est ad dei cultus ram, p. que non solù oculis opes, facultates, & pecunias orbis terrarum Romam reguntur & trahuntur, quæ minima fuerit iactura, sed etiam parochie

H 3

Quatenus
obligentur
minimū
vocationes.